

tissimum | quemque, ut scilicet qui olim erant tantum in redit[u] | pecuniario, nunc et in illo ipso duplici quidem per | honorariae numerationem repperiantu[r, e]t sin[t] | (15) cum quibus munera decurionatus iam ut pauci[s one] | rosa honeste de pl[e]no compartiamur. Ad cui[us rei] | gratiam habendam, ut in saecula perm[anu]su[ro eius] | modi beneficio, oportuerat quidem, si fieri poss[et et] | si verecundia clarissimi viri permetteret, universos n[os] | (20) ire et gratias ei iuxta optimum principem agere. Sed | quoniam certum est nobis, onerosum ei futurum t[ame]n nostrum officium, illud certe proxime fieri opo[r]tet o⁸ statuam ei auratam equestrem primo quoque | tempore in celeberrima fori [no]stri par[te] poni et i[n] | (25) basi eius hanc nostram c[on]sensionem adque hoc | decretum inscribi, uti ad posteros nostros tam volt[us] | amplissimi viri quam facta per[m]aneant: petique a | [Fa]bio Vero egregio viro patris⁹ Severi, uti, quando q[ui]dem et commentum hoc ipsius sit providentiae, qua | (30) rem publicam n. in [f]atigabili cura gubernat et in hoc | plus publici benefici, quod talem et nobis et imperio civem p[ro]creavit adque formavit, cuius opera studioq. et ornatio[nes] | et tutiores in dies nos magis magisque sentiamus, uti patiatu[r] | se in hanc rem ad fili[um] suum legari mandarique sibi, | (35) uti gratias publice c[on]gratulari viro mandatu no[s]tro agat et gaudium universorum singulorumqu[e] | ac voluntatem ut mag[ister] talium rerum in notitia[m] | eius perferat. Censuerunt.

Tergeste (V 532 vidit Mommsen). — 1) *A. 438/461.* — 2) *Rem publicam nostram.* — 3) *Clarissimi viri.* — 4) *Quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 5) *Cf. Mommsen C. I. L. V p. 53, Staatsr. III p. 767.* — 6) *Latinitatem igitur Carni et Catali assecuti sunt. Cf. Mommsen Staatsr. I. c. et p. 644 not.; Hirschfeld zur Gesch. des lat. Rechts p. 43.* — 7) *Cf. Plin. ep. 2, 7, 3.* — 8) *o delendum.* — 9) *Scr. patre.*

6681 L. Vario | Papirio | Papiriano | Hvir. i. d., Hvir. i. d. qq., | praef. fabr. Romae | et Tergeste¹, | flam. Hadr., pont., augur., | collegium fabrum | patrono merenti.

Tergeste (V 545 vidit Mommsen). — 1) *Idem vir posuit titulum Tergestinum V 546, ubi item dicitur Hvir i. d., Hvir i. d. quinq. Tergest., praef. fabrum Romae et Terg. Significari Papirianum functum esse praefectura fabrum dignitatis equestris (Romae vocabulum adicitur etiam supra N. 5302, cf. Momms. Staatsr. II ed. 3 p. 98 not. 1), eundemque praefuisse fabris Tergestinis (cf. supra N. 4873) coniecit Mommsen.*

6682 P. Publici¹ Ursio v. s. f.² et | coniugi kariss. Voltiliae | Saturni., dum | saltus publi[cos] curo, de | cidi hoc in pri[vato] agello.

Aidussinas sive Heidenschaft inter Tergeste et Nauportum (V 715 cf. Pais 1107 vidit Majonica). — 1) *Libertus sine dubio rei publicae, Tergestinae pulo.* — 2) *Vivus sibi fecit.*

6683 Q. Publicio Tergest. | l.¹ Felici Septu[m]ia Sp. f. Sexta, | Q. Publicius Feli[cis] l. Ingenuus | v. f.